Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

De uno martire: Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

urn:nbn:de:bsz:31-6715

Visual Library

iterum uenian & accipi
am uos ad me ipsum. ut
ubi sum ego et uos sitis et
quo ego uado scitis et ui
am scitis. Adhaec dicit ei
thomas. Dnē non scimus
quo uadis. et quomodo pos
sumus uiam scire. Utrumq;
illos dns dixerat scire. utrūq;
dixit iste nescire. & locum
quo itur. et uiam qua itur.
Sed nescit ille mentiri. Ergo
isti sciebant. Conuincat
eos iam scire quod se pu
tant adhuc usque nescire.
Dicit ei ihc. Ego sum uia.
et ueritas. & uita. Quid est
fratres. Ecce audiuimus
discipulum interrogantē.
audiuimus et magistrū
docentem. & nondum ca
pimus etiam post uocem
sonantem. sententiam la
titantem. Sed quid non
possumus capere. Numquid
poterant ei dicere apo
stoli eius cum quibus lo
quebatur. nescimus te. Proinde
si eum sciebant & uia ipse est.
uiam sciebant. Si eum sciebant
et ueritas ipse est. ueritatem
sciebant. Si eum sciebant et
uita ipse est. uitam sciebant.
Ecce scire conuicti sunt quod
se scire nesciebant.

DE UNO MARTIRE

LECTIO SCI EV SCDM IOH

In illo temp. Dixit ihc di
scipulis suis. Ego sum uitis
uera. et pater meus agrico
la. Et reliqua.

OMELIA SCI AUGUSTINI
EPI DE EADEM LECTIONE.

ISTE LOCUS EUAN
gelicus fratres. ubi se dicit
dns uitem. et discipulos suos
palmites. secundum hoc
dicit quod est caput aecclē
nosq; membra eius. media
tor di et hominum. homo
xpc ihc. Unius quippe na
turae sunt uitis et palmites.
Propter quod cum esset ds.
cuius naturae non sumus.